

— Ordine titulos disposuimus non secundum argumentum, sicut in reliquo opere factum est, sed quatenus fieri potuit secundum locum, quem olim tenuerunt; nisi quod eiusdem tituli diversa exemplaria nusquam separavimus. Cum enim plerumque inscriptiones vetustae loco motae et dispersae reperiantur, tituli Pompeiani etsi et ipsi saepe prodierint ad opus adhibiti et contracti, quod factum videtur maxime propter ruinas terrae motus a. 63, magna ex parte antiquum locum retinuerunt. Quo ordine servato Pompeianarum inscriptionum syllogen haud paullo et utiliore et iucundiore fieri nobis visum est, ut inci-

perent intra urbem repertae, sequerentur quae extra moenia dispositae fuerunt in monumentis, adiectis in fine ad utrasque iis quae quo loco olim steterint hodie ignoratur. Adiuvit me in hac dispositione qui per hos annos monumentis Pompeianis acerrimam et utilissimam curam impendit A. MAV. Forma, quam in capitum inscriptionibus allegavi, Zange-meisteriana est quarto volumini adiecta.

Recepi hoc capite etiam paucos titulos eos, qui Scafati prodierunt ita comparati, ut eorum hominum esse videantur, qui posteriore aetate hic degebant.


## 1. IN FORO.

787 [= 2201] ex tofo (cf. Nissen *Pomp. Stud.* p. 19. 218). Rep. Pompeiis in terra prope aedem q. d. Veneris AMICONE 8 Mart. 1817 [ed. 3, 10]. *Rinvenuta precisamente nella cella del tempio, poco distante del pietistallo dove esser dovea il simulacro della divinità* ACTA 4 Dec. 1819 [ed. 2, 40]; sed ex ipsis actis apparet titulum aliquanto ante prodisse. Ex actis pendet IORIO. Extat Neapoli in museo.

M · HOLCONIVS · RVFVS · D · V · I · D · TERT  
C · EGNATIVS · POSTVMVS · D · V · I · D · ITER ante a. u. c. 751  
EX · D · D · IVS · LVMINVM  
OPSTRVENDORVM · HS ∞ ∞ ∞  
5 REDEMERVNT · PARIETEM QVE  
PRIVATVM · COL · VEN · COR  
VSQVE · AT · TEGVLAS  
FACIVNDVM · COERARVNT

Descripsi et recognovi. Est in vol. I n. 1252 et in tabula Ritscheliana XCIVF. Arditi *la legge Petr.* p. 9; Mazois IV, 37; Guarini comm. I—V p. 64, fast. ed. 4 p. 78; Iorio p. 102 = 66; Fiorelli *descriz.* p. 240, cat. n. 1270. Orelli 2416.

Schoenius (*Bullett.* 1866 p. 11 et apud Nissen *Pomp. Stud.* p. 218 seq.) lumina demonstravit esse intervalla novem inter decem pilas, quibus separatur porticus aedis Veneris a foro; nam ea intervalla cum iam obstructa sint pariete continuo ex pilis illis effecto, antea patuisse ex ipso opere deprehendi. Scilicet vestigia apparere haec:



Aliquando lumina novem inter pilas decem, quae tectum porticus sustinebant, forum versus patebant finiebaturque forum linea quae est AB. Iam vero duoviri illi cum forum hac parte claudere vellent, eius rei ius ita redemerunt ab aede, ut fori terminum promoverent ad lineam quae est CD et eatenus pilis illis usi expletis intervallis parietem fecerunt usque ad tegulas, scilicet in quas tectum porticus finit. Agitur igitur non tam de servitute acquisita quam de finibus mutatis, quamquam cum ideo mutarentur, ut novo domino lumina obstruere liceret; recte quod redemptum est dicitur ius luminum obstruendorum. Contra Schoenium dixerunt Brizius (*Giorn. degli scavi n. s.* vol. 1 a. 1869 p. 255 seq.) et de Petra (l. c. vol. 2 a. 1872 p. 231 seq.). At certe quod hic arguet eiusmodi ius non posse cogitari inter aedem et forum, quippe quae eiusdem domini essent, nimium est. Nam ut iure privato eiusmodi negotium perficitur inter duos privatos, ita dubitari non potest, quin iure publico de eadem re convenire potuerit inter fundum sacrum et fundum publicum, id est populi Pompeiani (nam de Romano non recte cogitat Nissen *Pomp. Stud.* p. 223). Eamque ipsam ob causam opinor privati vocabulo usus est is qui titulum scripsit, ut quod populi esset non sacris usibus destinatum tamquam privatum eius opponeret aedi sacrae et ita quodammodo publicae quidem et ipsi, sed ad populi ius privatum non pertinenti.

788 [= 2193] rep. Pompeiis in fori parte occidentali in basi statuae loco antiquo. Rep. 8 Iun. 1816 AMICONE [ed. 3, 7]. Ibidem adhuc.

M · LVCRETIO · DECIDIAN  
RVFO · D · V · III · QVINQ  
PONTIF · TRIB · MILITVM  
A POPVLO · PRAEF · FABR  
5 M · PILONIVS · RVFVS

Descripsi et recognovi. Arditi *la legge Petr.* p. 10; Mazois III p. 53; Guarini fast. ed. 4 p. 64; Fiorelli *descr.* p. 253.

Eiusdem sunt n. 815. 854. 952—954. Titulos hos repertos locis antiquis in foro propter eam ipsam causam crediderim positos esse post terrae motum a. 63, quo Pompeii ceciderunt. Accedit quod collatis eiusdem Decidiani titulis n. 815. 854 satis constat hos post dedicationem restitutos esse. Ceterum ipse Decidianus vixisse videtur ante Tiberium; nam tribuni militum a populo post Augustum adhuc nulli inventi sunt (*Staatsrecht* 2, 514).

790 [= 2190] rep. Pompeiis in fori parte occidentali in basi statuae loco antiquo AMICONE 11 Mai 1816 [ed. 3, 7]. Ibidem adhuc.

corollae et capita bovina  
C · CVSPPIO · C · F · PANSAE  
II · VIR · I · D · QVART · QVINQ  
EX · D · D · PEC · PVB

Descripsi et recognovi. Arditi *la legge Petr.* p. 41; Mazois III p. 53; Guarini fast. ed. 4 p. 157; Fiorelli *descriz.* p. 254. Orelli 3859.

Eorundem sunt n. 858. 859, ubi dixi de Cuspiis Pansis.

789 [= 2192] rep. Pompeiis in fori parte occidentali in basi statuae loco antiquo AMICONE 1 Iun. 1816 [ed. 3, 7]. Ibidem adhuc.

M · LVCRETIO · DECIDIAN  
RVFO · II · VIR · III · QVINQ  
PONTIF · TRIB · MIL · A POPVLO  
PRAEF · FABR · EX · D · D  
5 POST · MORTEM

Descripsi et recognovi. Arditi *la legge Petr.* p. 10; Mazois III p. 53; Iorio p. 105 = 69; Guarini fast. ed. 4 p. 60; Fiorelli *descr.* p. 254.

791 [= 2191] rep. Pompeiis in fori parte occidentali in basi statuae loco antiquo AMICONE 5 Iul. 1817 [ed. 3, 13]. Ibidem adhuc.

corollae et capita bovina  
C · CVSPPIO · C · F · F · PANSAE  
PONTIFICI · II · VIR · I · D  
EX · D · D · PEC · PVB

Descripsi et recognovi. Arditi *la legge Petr.* p. 4; Mazois III p. 53; Guarini fast. ed. 4 p. 140; Fiorelli *descriz.* p. 254.

8133 Castellamare Stabiarum rep. c. a. 1876 in episcopo.

SEX · ATTI · L · F · MEN  
EX · TESTAMENTO

ARBITRATV · SEX · ATTI · SEX · L · ER · TIS  
ET · ATTIAES · SEX · L · IVCVNDAS

Recognovi descriptam  
a. 1877 a Stevensonio.  
Misit item Barnabeus.

Edidit Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 239 et denuo 1879 p. 25.

8134 arca saeculi ut videtur tertii, rep. Castellamare Stabiarum in episcopo c. a. 1876.

in operculo ornato personis delphinis  
equis marinis:

BETTIAE · FELICITATI  
INNOCENTISSIMAE  
FEMINAE · BATINIVS  
IVLIVS · CONIV · KARISSIM

Recognovi descriptam a  
Stevensonio. Misit item  
Barnabeus. Ediderunt  
Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1878  
p. 239 et denuo 1879  
p. 26 et Rossius *Bull.*  
*cris.* 1879 p. 119.

in arca:  
puer vas ansa- puer  
personam tum cum personam  
sustinens pomis et sustinens  
frondibus

8135 supra arcam rep. titulus Castellamare Stabiarum una cum n. 8132.

CORNELIAE · FEROCIAE  
Q · VIX ANN LVIII M XI D XV  
CORNELIVS CARPOPHORIAN  
MATRI DVLCISSIMAE

Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1879  
p. 225; I. B. de Rossi  
*Bull. cris.* 1879 p. 119.

8136 Casolae (prope Gragnanum) in ecclesia parochiali minore in pavimento pro gradu antea, iam ibi in aedibus publicis.

C · VALERIO · C · F · FA  
RVFO · LICINIA · VX  
VIRO · SVO · BENE · ME  
ET · SIBI · VIVA · FECIT  
5 HOC · MONVMENTVM  
SEPVLCRVM · H · N · S

Minervinius misit accep-  
tam a syndico Casolensi  
Eugenio Raffaelli.

8137 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8134.

NIAES  
T ANNI  
DIEB X  
LIA H

R  
FM

Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1879  
p. 26. Misit item Bar-  
nabeus.

8138 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8134. Pauca litterarum vestigia remanserunt stemmate medio aevo eidem lapidi inciso.

/////// CIVN //  
/////// IIIII //  
5 . 4 // IVS / O // E  
/////// AI //

Stevenson vidit.

8139 Castellamare Stabiarum rep. ad latus episcopii 4 Iul. 1879.

DEPSSIO INFATES  
ASELIES QYE VIX  
IT ANNVS TRES  
FFLL VINCENTIO  
5 ET FRAVTO VV CC p. C. 401  
CONSS

Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1879  
p. 208 (inde Rossi *Bull.*  
*cris.* 1879 p. 122).

8140 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

IN NOME X HIM  
OPPIO PAVLO · DVL  
CISSIMO · FILIO · QVI  
VIXIT · AN · V · M · XI · D · II  
5 DEPOS · VIII · IDVS · MAIAS  
P B X M P

Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1879  
p. 225; I. B. de Rossi  
*Bull. cris.* 1879 p. 120.

1 in nomine Christi *Hi(esu)m* explicat Rossius, citans Tropeanum n. 8076. — 5 DIPOS Rispoli.

8141 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LINEATIHE  
PVELLHE columba X  
an NVOS SEX cum ramo  
olivae  
BENEMERENTI

Rossi *Bull. cris.* 1879 p. 121.

Lapis integer est, deficit adiunctus quo continebantur versuum exordia.

8142 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LVCE RENOBATVS A

Rossi *Bull. cris.* 1879 p. 121.

Hexametri exordium.

XXXIV. POMPEII (p. 89).

ad p. 89. Ad celebranda cladis Pompeianae saecularia septima decima quod nuper prodiit volumen *Pompei e la regione sotterrata dal Vesuvio nell' anno LXXIX* (Neapoli 1879 pp. 291 et 243. 4.), in eo Michael Ruggieri (1 p. 5 sq.) diligenter disputavit de litore maris quale fuerit tempore excidii. Eam quaestionem mox retractavit A. Mau *Bull. dell' Inst.* 1880 p. 89 (cf. *mus. Rhen.* 36 p. 326).

ad p. 90. Ruggierus l. c. (vide ad p. 89) p. 13 seq. quod probatum ivit Pompeios interuisse facta eius autumnii vindemia vinoque novello ad fumum exposito, libris Plinianis certe contrarium est, secundum quos non licet pro IX k. Sept. substituere IX k. Dec.

ad p. 94. A me rogatus Augustus Mau, ut in genera lapidum, quibus incisi sunt tituli Pompeiani, diligenter inquireret, misit mihi recensum hunc.

Ex titulis Pompeianis lapidi molari (*lava*) incisi sunt n. 821. 870. 871. 997. 1007 (*‘piedra viva’* Acta). 1015 (*‘piedra viva’* Acta).

Lapidi tofaceo incisi sunt n. 787. 868. 956. 973. 993. 998. 1006. 1016. 1041. 1043. 1067. 1069. 1070.

Lapidi Tiburtino qui dicitur (*pietra di Caserta*) n. 788. 790. 791. 793. 800. 811. 812. 819. 829. 831. 844. 852—859. 937. 1008. 1010. 1011. 1018. 1036. 1039. 1057. 1060. 1064.

Marmoris n. 789. 792. 794—799. 801—810. 813—817 (817 litteris aeneis). 820. 822—828. 830. 832—843. 845 (litteris aere incrustatis). 846. 847. 849. 850. 851. 860—866. 884—906. 908—926. 929—936. 939—951. 953. 954. 955. 957—972. 974—977. 980. 981. 983—986. 988. 991. 992. 994. 995. 996. 999—1005. 1009. 1012. 1013. 1014. 1017. 1019—1035. 1037. 1038. 1040. 1042. 1044—1056. 1058. 1059. 1061. 1062. 1063. 1066. 1068. 1071. 1072. 1073. 1076—1079.

Aeri n. 818. 867. 869. 927.

Plumbo n. 883.

Opere museo facti sunt n. 848. 872—882.

Ignoratur materia titulorum n. 907. 928. 938. 952. 978/9. 982. 987. 989. 990. 1065. 1074. 1075.